



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus


Coloniae Agripp., 1623

Medit. 42. De Secundo verbo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

5. Si Iudæi excusatione digni videbantur, quod nescirent, quid facerent: nos quibus Christus cognitus, toties tan^m en iterum per peccata crucifigitur, quam apud Deū inueniemus excusationem?

6. Christus à quo tempore in horto captus est, ad mortem usque multa fecit & pauca dixit, ut doceret nos, cum in res molestas & duras incidimus, patientia multa, non multis verbis opus esse.



MEDITATIO XLII. DE SECUNDO VERBO PUNCTA MEDITATIONIS.

- Lue. 23.*
- I. *Vnus latronum, improperabat Christo dicens: Sit u es Christus; saluum fac te ipsum, & nos.*
 - II. *Alter increpabat eum dicens: Neq^{ue} tu times Deum, quod in eadem damnatione es? & nos quidem iuste &c. Hic autem nihil mali gescit.*
 - III. *Et dicebat IESV: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. Ait IESVS: Amen dico tibi; hodie tecum eris in Paradiſo.*

FIGV:

F I G V R A.

Iosephus in carcerem cū duobus male-
ficiis coniectus, alteri prædixit fore ut
euaderet, & gratiæ Pharaonis restituere-
tur: alter deinde capit is damnatus est. Gen. 40:

PROPHETIÆ.

ERIT tibi anima tua in salutem, quia in Hier. 39:
me habuisti fiduciam.

DOCUMENTA.

1. **C**Vm ab hominibus abiectis aut impro-
bis calumnias sustinemus, patienter
ferendum est: Christus enim se à latro-
ne subsannari passus est.
2. Si quid in Deum sanctosque impiè dica-
tur aut fiat, nequaquam ferendum est, sed vt
à bono latrone impius, sic blasphemus ille,
quisquis est, à nobis grauiter, ex zelo animo-
rum reprehendendus est.
3. Si Deum volumus misericordem in nos
esse, non celanda aut excusanda, sed agnoscen-
da est culpa, & peccata sincerè confitenda,
quod bonus latro fecit.
4. Cum proximum audimus traduci aut ac-
cusari, debemus eum boni latronis exemplo
defendere & accusare, nos vero ipsos in cōsci-
entia nostra continuò reprehendere & accu-
fare.

5. Cum

5. Cum propter peccata in pœnas & castigationem Dei incidimus, caendum ab impatientia, & maledicentia, quod non cauit malus latro; imitandus magis bonus latro ut ad cor redeamus, & humiliemus nos: Sic enim merebimur solatum accipere à Domino.

6. Si latroneum, qui totam vitam per graui scelera peregerat, ob ynius horæ obsequium Christus Paradiso remuneratur: quid illis debet, qui ad mortem usque fideliter ipsi seruiunt?

7. Christus de duobus latronibus, qui cum ipso moriebantur, unum saluum fecit, ut nemo desperet, si instanti morte, peccatorum sibi adhuc sit conscius: sed non & alterum saluum fecit, ut nemo prætendens misericordiam Dei, pœnitentiam ad finem vita diffusat.

8. Bonus latro, una actione insigni præfita in honorem Christi, meruit primus esse, qui post Christum ingrederetur in Paradisum: ne confidant serui Dei in multis annis in religione consumptis, multi enim in religione tyrones, in regno cælorum multis antiquioribus præferrentur. Pluris est enim apud Christum hora una feruens, quam multi anni tenuentes in ipsius seruicio.

9. Latroni, qui unum tantum dixerat bonum verbum, respondit Christus tam consolatore: at Matri, quæ cum tanto amore illi seruerat, ita locutus est, ut magnus illi dolor accederet. Non est meritum & sanctitas, in magna animi lœtitia & consolatione; sed in tribulationibus pro Christo fortiter sustinendis.

10. Tam grata est Christo peccatorum salus,

lus, ut tempore passionis, quo nullam neque diuinam neque humanam volebat admittere consolationē, hoc tamen solatij sibi seruarit, ut peccatorem vuum conuerteret. Itaque si rem gratam Domino præstare volumus, omnibus viribus cum ipso laboremus in reuocandis ad salutem peccatoribus.



MEDITATIO XLIII.

DE TERTIO VERBO

AD MATREM.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Stabat iuxta crucem mater eius, cū Maria Cleopha & Magdalena. Ioan. 19.*
- II. *IESVS videns Matrem cum Ioanne ait: Mulier ecce filius tuus.*
- III. *Deinde Discipulo: Ecce Mater tua; & ex illa hora accepit eam Discipulus in sua.*

F I G V R A.

NOemi vidua mortis inter Moabitas filijs suis, rediit in patriam Bethleē. Cum autem salutaretur ab aliis mulieribus, respondit: Nolite me vocare Noemi, id est, pulchram; sed vocate me Ma-

O s ra, id.

castiga-
impati-
t malus
ad cor
n mere-
gravia
quium
llis da-
osi ser-
ui cum
vt ne-
rum si-
im sal-
ericor-
s diffe-
titia in
, qui
m: ne
religi-
ne ty-
uiori-
Chri-
ni te-
onum
toria:
erue-
acce-
nagna
tribu-
ine-
m sa-
lus,